Repo is. pſi. ptũ. pprie đr de aĩalibus que pedibus et ventre gradiunt̃: vt ſunt vermes qui reptilia dicunt̃ a rependo: qꜫuis ⁊ ea que paruos pedes hñt repere dicant̃: vt ſunt lacerte ⁊ ſilia. Transfert̃ etiã ad radices. Colu. lib. viij. Spatiũ aũt radicib⁹ q̃ repant lapideſqꜫ p̃bent. Hui⁹ cõpoſita ſunt Adrepo qđ eſt ad aliq̃d repo. Correpo ſimul repo: ſimul teneo. Var. in plo. lib. ij. de re ruſt. Igit̃ qđ nunc intra murũ fere patres familie correpſerũt relict̃ falce ⁊ aratro. Col. in prefa. Patres familie falce ⁊ aratro relictis intra murũ correpſimus et in circis potius ac theatris qꜫ in ſegetib⁹ ac vinetis manus mouemus. Erepo difficulter loca aſpera ⁊ edita ſcando: tanqꜫ opus ſit crepere magis qꜫ ambulare. Suet. in Tybe. Territus ꝙ is a tergo inſule per aſpera ⁊ deuia erepſiſſet a ſe. Irrepo intro ſeu latenter repo. Hieron. ad Dama. Nunc illud quod non queſieras dum aliud agimus irrepſit. Obrepo/p̃repo ſeu qꜫ primũ aut ante repo. Col. lib. v. Videtur etiã ſocaneus palmes qui ſolet in biſurco medius prerepere. Et idcirco eum predicto vocabulo ruſtici appellant: qđ inter brachia que ſe diuidit vitis enatus: velut fauces obſidet. Prorepo vltra repo. Idem libro quarto. Ut mota equaliter humus nouellis radicibus quacunqꜫ in partem prorepſerit. Perrepo valde ſeu ad finem ⁊ cũ labore repo. Col. libro. x. Tota maceries opere tectorio leuigatur extra intraqꜫ ne feles aut vipera perrepat̃. Surrepo ſubtus vel latenter repo. Et habẽt penultimã productam.

Repto as. frequentatiuum: ſignificat ſepe ſeu cõtinuo repo. Hieronymus ad Furiam. An vereris ne proles furiana deficiat: et ex te parens tuus non habeat puſionem qui reptet in pectore. Et reptare dicimus eũ qui ſegniter et quaſi teſtudineo paſſu incedit quales ſunt qui in hortis aut vinetis ſpatiantur. Hora.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

An tacitū ſiluas interreptare ſalubres.

Reptile pe.cor.quicq̄d repit. Amb.lib.hexa. Scimus reptilia dici genera ſerpentiū:eo ꝙ ſuꝑ terrā reptāt: ſed multomagis omne qđ natat reptandi habet vel ſpeciem vel naturā. Hiero.in geñ. Producant aque reptile anime viuentis.

Repreſento as.ad pręſens affero.

Repono is.pe.pro.rurſus pono. Virg. Ariſq; reponimus ignē.i.rurſus adhibemus ignē et ſacrificamus. Mar. Vlꝰ ſi re pudor ē repone cenā. Vñ reponere fabulas ⁊ ſcripta poete dicūt:cū ſecūdo hec in ſcena ꝑponūt.i.cum rurſus recitāt. Solebāt em̄ vt inquit porphyrio qui ludis apud veteres ꝑerant ſcriptores cū primū in ſcenā ꝓdirent benigne excipe: vt ſi forte nō recte egiſſent iterū ad ſcribendū audientiū benignitate allicerent. vñ Hora. Fabula q̄ poſci vult et ſpectata reponi.i.primo ⁊ ſcđo recitari. Qñq; reponere eſt recōdere. Leo papa. Quod luxuria vl' gula diſſipauit in mundo:pietas reponat in celo. Virg. Manet alta mente repoſtū Judiciū paridis. Qñq; reddere vl' reſtituere:q̄ſi retro aponere. Plau.in pſa Des mihi nūmos ſexcētos q̄s ꝓ capite illius pendā: quos ꝯtinuo tibi reponā in hoc triduo aut q̄triduo: et auctore Seneca ad Lucil. Priſci ſignate dixerūt id reponi qđ creditori debemꝰ. Juue. Semꝑ ego auditor tm̄ nunq̄ ne reponā:q̄ verba indignantis ſunt: vtpote ſemꝑ audiētis ⁊ nunq̄ ſcripturi. Qñq; reuocare/reprimere/cohibere Sta. Quotiens iam torta reponam fulmina:q̄ rarus terris hic imperet ignis. Qñq; reducere/reficere. Virg.lib.ij.geor. Et quātū longis carpēt armēta diebꝰ:Exigua tm̄ gelidus ros nocte reponet. Qñq; ſuperaggerare. Idē in eodem lib.iij. At qui non maſſica bacchi Munera:non illis epule nocuere repoſte. Qñq; ſcribere. Hora. Scriptor honoratū ſi fortē reponis achillē. Qñq; retro: ſeu ſeorſum ponere. Hiero.lib.j. Re. Da partē quā dedi vt reponeres ſeorſum apud te.

Repoſitoriū vas in quo reliquie/ciborū ⁊ menſe inſtrumenta recondunt̄ ſiue ex corio ſint:ſiue ex alia materia. Pli. Bibente ꝯuiua mēſam vel repoſitoriū tolli inauſpicatiſſimū habet̄.

Reporto as.retro porto/reueho. Hiero.lib. Re. Reporta archam in vrbē.

Reprimo is.pe.cor.contineo/cohibeo. Cic. Reprime impetū. Virg. Dextramq; repreſſit.

Reprehendo retraho q̄ſi retro prehendo. Liui. Adeo turbati erāt dextere ale equites peditesq;: vt quoſdā cōſul Cato manu ipſe repħēderit verteritq; in hoſtē Prop. Quantū poſſit noſtros quiſq; repħēdere curſus. Als ſignificat arguo/increpo.

Reproces ꝓ aſperis ⁊ difficilibꝰ vſurpat̄. Pli.li.xviij. In reprocibus ac ſupinis lateribus ꝓcumbere quaſdam occecari ⁊ in alias dirigi.

Repromitto iterū ſiue maxime ꝓmitto. Amb. Diuitias domos poſſeſſiones repromiſit:ſi conſenſum ſuū eius coniugio non negaret.

Repudiū recuſatio ꝙ fiat ob rem pudendā. Differq; a diuortio ꝙ repudiari futuꝝ matrimoniū poteſt. Nō recte autē diuertiſſe ſponſa dr: ꝙ diuortiū ex eo dictū eſt ꝙ in diuerſas partes eunt qui diſcedunt.

Repudio as.matrimoniū dirimo:et q̄ſi ob rem pudendam aliquā repello. Sue.in Ceſa. Neq; vt repudiaret illā cōpelli a dictatore Sylla vllo modo potuit. Interdum ponit̄ ſimpliciter pro nō accipio/recuſo. Terē.in an. Repudio conſiliū qđ primū intenderā.

Repūgo: qñ de ratione vel calendario loquimur facit ꝑteritū repunxi:q̄ñ vero vicē redditā oſtēdimꝰ repupugi. Ci.lentulo. Darēt mihi ipſi aliū publiū in quo poſſem illoꝝ aı̄os mediocriter laceſſitus repungere.

Reputo as.pe.cor.vide in dictione puto.

Requiro is.pe.ꝓ.repetitionē vel augmentū actus denotat. Hiero. Et nūc q̄d ſupeſt vt ab aliquo doctore req̄ratis? Interdū req̄rere ē ſępiꝰ vl' rurſus querere.

Res generalē hꝫ ſignignificationē. Nā vt Paul.iurecōſul:inq̄t ſiue corꝑalia ſiue incorporalia cōprehēdit Corporales res ſūt q̄ vere tāgi poſſunt: vt hō veſtis Incorporales q̄ tangi nō poſſunt: q̄lia ſunt ea que in iure ꝯſiſtūt:ſicut hereditas: vſuſfructus obligatiōes ſunt. Et a dialecticis dr terminus tranſcendens quo ſubſtantia/q̄litas/actio cōprehendunt̄. Sumit̄ qñq; res ꝓ ſtatu ac conditione: vt reſpublica:res priuata: res familiaris:res vxoria:res mea:res tua. Ci. Id em̄ rebus nr̄is minime ꝯducebat.i.ſtatui nr̄o. Salu. At nobis eſt domi inopia: foris ęs alienū:mala res ſpes multo aſperior. Qñq; res dr prout diſtinguit̄ a ꝑſona. Vñ loci argumētoꝝ ſūt a rebꝰ et a ꝑſonis. Qñq; ꝓut diſtinguit̄ a v̄bis. Hora. Verbaq; ꝓuiſam rem nō inuita ſequent̄. Sumit̄ et ꝓ contentiōe/lite/negotio: ſiue cōmercio: vt eſt mihi res cū latrone. Teren. Quid huic rei eſt.i.negocij. Cice.pro mure. Nondū potuiſſe ſtatuere iuriſconſultos vtrū rem an litē dici oporteret. Itē ꝓ cauſa: vt quāobrē.i.ꝓpter quā cauſā qua de re de q̄ cauſa:abre ſine cauſa. Itē ꝓ cenſu ſiue diuitijs. Ter.in heau. Eius frater aliquātulū ē ad rē auidior. Itē ꝓ imꝑio. Virg. Poſtq; res aſię priamiq; euertere gentē Immeritā viſum ſuꝑis. Itē ꝓ vtilitate. Terē.in Ecy. Si in rem eſt bacchidis. Et iterū Neq; in rē nr̄am eſt vt quiſq; amator nuptijs letetur Do.in vtilitatē.i.ꝓ cōmodo. Itē pro actu venereo. Idē. Miles cū quo tum rē habebat. Do. Rē habere honeſte res impura dr. De triplici ſignificatione Auſonij v̄ſus eſt in monoſyllabis. Imperiū litē venerē cur vna notet res. Itē ꝓ experiētia ſiue effectu. Terē.in adel. Re ipſa reperi facilitate nihil eſſe melius neq; clemētia. Cice.in Cato. Habui hec de ſenectute q̄ dicerē vobis: ad quā vt ꝑueniatis vt ea q̄ ex me audiſtis re ex parte ꝓbare poſſitis. Itē ꝓ valore pretio vel eſtimatiōe. Terē.in phor. At ſi talentum rē reliquiſſet decē.ſ.primus eſſe cognatus. Itē ꝓ periculo: vt apud eūdē. Verū pone eſſe victū eū tandē tñ nō capit' eiꝰ res agit̄ ſꝫ pecunię. Et res dr veritas Terē.in adel. Verū cogito qđ res eſt. Huius .dimi. (eſt recula.

Res comperēdinata dr cū cauſa.i.iudiciū in diem tertiū conſtitutū eſt.

Res iudicata dicit̄ q̄ finē ꝯtrouerſiarū pronunciatione accipit quod vel condēnatione/vel abſolutiōe cōtingit: vt auctor eſt Vlp.

Res forenſis dr cauſa quę agit̄ in foro: ⁊ ad cauſidicos

Reſpublica ciuitas libera que iure regitur. (pertinet.

Reſcio: ſiue reſciſco is. eſt factū aliquid occultius: aut inopinatū inſperatumq; cognoſco. Terē. En tibi reſciuit omnē rē.i.qđ occultū putabamus preter nr̄am opinionē cognouit. Aliq̄ñ ſignificat rē poſt q̄ geſta eſt ſcio quā neſciebā cū gereret̄. Hiero.in lib.numerorū. Qui ſi audiens vir tacuerit: et in alterā diem diſtulerit ſententiā:quicquid nouerat atq; promiſerat reddat:q: ſtatim vt audiuit tacuit:ſin autē cōtradixerit poſtq; reſciuit portabit ipſe iniquitatē eiꝰ. Et primo Re. Quod cū dicendū reſciſſet:quia ꝑpararet ei Saul clam malū dixit ad Abiathar.

Reſcindo reſcindis: cedo/tollo/ aufero/deſtruo. Ceſar .j. con. Pontē qui erat ad Genuam iubet reſcindi. Quod verbū ad om̄ia que reſcinduntur fere proprie pertinet. Colu.lib.ij. Et quod falx reliquerit priuſq; inareſcat vomis reſcindat atq; obruat:id em̄ cedit ꝓ ſtercore. Virg.lib.iij.geor. Non tamen vlla magis pręſens fortuna laborū eſt. Qui ſi quis ferro potuit reſcindere ſummū: Vlceris os alit̄ vitiū viuitq; tegendo.i.aperire. Idem lib.j.geor. Celum reſcindere fratres; Ter ſunt conati:id ē oppugnare. Et reſcindere

eſt rurſus ſcindere. Hiero. ꝯtra Ruſi. Quid meruit homo latens vt nudares cicatricē eius ⁊ obductam cutē inſperato dolore reſcinderes? Aliqñ nō ratum habere/irritum facere. Sal. in Iug. Iugurtha inter alias res ait oportere quinquenniȷ̄ cōſulta ⁊ decreta oīa reſcindi.i.tolli ⁊ deſtrui.

Reſcribo rurſus vł retro ſcribo. Ouid. Nil mihi reſcribas attamē ipſe veni. Et reſcribere ſignificat reddere ſeu renunciare. Teren. in Phor. Atqꝫ illud mihi argētū rurſum iube reſcribi. Do. Reſcribi reddi: ſeu per menſem ſcripturā dari: quoniā ad pecunię renūe rationē antecedit ſcriptura: reſcribere dicebant pro renūerare. Unde hodie datur chirographus. Ser. Scribi eſt dari. Hor. Scribe decē nerio: nō eſt ſatis adde cicute: reſcribi vero reddi. Hora. Dictātis qđ tu nunꝙ reſcribere poſſis.

Reſeco as. pe. cor. aui. atū. et reſecui reſectū: ſignificat reſcindo: vide in dictione ſeco.

Reſero as. penultima correpta aperio a ſera deductū. Cice. Nec ita claudenda eſt res familiaris: vt eā benignitati aperire non poſſit: nec ita reſeranda vt pateat omnibus.

Reſero is. penul. cor. reſeui/reſitū: rurſus ſemino: ſeu rurſus planto. Pli. lib. xviij. Nā cū hyeme ꝑgelida capte ſegetes eſſent reſeuerunt reſarriētes campos menſe martio.

Reſegmen: quod ex vnguibꝰ amputat̃. Pli. lib. ij. Nec pauci apud grecos ſingulorꝫ viſcerū membrorumqꝫ etiā ſapores dixere omnia ꝑſecuti vſqꝫ ad reſegmina vnguiū. Eſt ergo generale amputamentū.

Reſeruo as. qſi retro ſeruo: ab aliȷ̄s ſeruo ſalio. Lact. lib. ij. Fabricauit arcā in qua ipſe cū ꝯiuge ac tribus filiȷ̄s reſeruatus eſt: cū aqua vniuerſos mōtes altiſſimos operuiſſet. Hiero. ad iul. Nihil tibi ob metum inopie reſeruaueris: ne cū anania dāneris ⁊ ſaphira.

Reſes idis. a reſideo qui remanet ſiue reſtat ocioſus a labore ſeu opere quod exercere ſolebat. Liui. lib. ij. Timuere patres reſidā in vrbe plebē incerti manere an abire mallent.

Reſideo es. penul. cor. quieſco/ſedeo/firmiter ſto. Nā hic re nihil ſignificat. Uirg. Omīſqꝫ repente reſedit flatus. Hier. Atqꝫ in regni ſolio ſublimata poſt chriſtū glorioſa reſedit. Lact. lib. ij. Poſteri hebrei dicti penes quos religio dei reſedit.i.reſtitit.

Reſipiſco is. vide in dictione deſipio.

Reſex ecis. Col. lib. iiij. Nam confiteor pampinarios ꝙ cū e duro ꝓceſſerint tꝑe anni ſequētis acquirere fęcunditatē: et ideo reſecem ſummitti: vt ꝓgenerare poſſit. Uerū eius modi partū comperimus nō tam ipſius reſecis ꝙ materni eſſe muneris.

Reſigno as. quod ſignatum erat aperio/relaxo/patefacio. Eſt eñ cōtrariū ſuo ſimplici ſigno qđ eſt annulo ſignū imprimo. Plau. in tri. Iam ſi obſignatas non feret dici hoc poteſt apud portitorē eas res reſignatas tibi inſpectaſqꝫ eſſe: hinc reſignatio teſtamentorꝫ appellata. Itē reſignare eſt ꝑfecte ſignare. Col. li. iij. Priuſqꝫ arbuſculas transferas rubrica reſignato: vt hiſdem quibus ante ſteterunt conſtituas eas. Item reſignare claudere. Uirg. lib. iiij. Et lumina morte reſignant. Antiqui etiā reſignare ꝓ ſubſcribere: et reſignatū ęs dicebat̃ militi cum ob delictum iuſſu tribuni militū ne ſtipendiū ei daretur in tabulas referebatur. Item reſignare reddere quod fit cum in libris datorū: et acceptorꝫ pecuniā quā acceptā ſignauimꝰ redditam demonſtramus. Horacius. lib. ij. car. Res reſigno quas dedit.

Reſimus penul. pro. ex re ⁊ ſimus: idem eſt qđ ſimus: hoc eſt qui ſurſum verſus depreſſas hꝫ nares. Uirg. Simus poſuit. Dū tenera attondent ſimę virgulta capellę. Ser. Sime grecū eſt nomē.i. preſſis naribꝰ: vnde et ſimias dicimus. De reſimus. Colu. lib. vij. loquens de boum indole. Pandorū inquit naribus reſimis patulis. Huius contrariū eſt deſimus ꝓ eo qui non eſt preſſis naribus.

Reſina humor ex arboribꝰ defluēs in hiſdēqꝫ reſidens: a quo reſinatus a. um. qđ eſt reſina illitū ſicut a pice picatū. Iuue. Quid eñ reſinata iuuentus.

Reſoluo quaſi diſſoluo. Col. lib. ij. Ex his nihil nō melius reſoluta humo ꝙ denſa prouenit. Itē reſoluere deſtruere: amouere. Uirg. lib. j. geor. Inuitat genialis hyems curaſqꝫ reſoluit.i. amouet. Itē diſſoluere et qđ ligatū erat non ligatū facere. Ouid. lib. j. me. Et velate caput: cinctaſqꝫ reſoluite veſtes.

Reſpicio retro aſpicio. Plaut. in aul. Tu ex hoc loco digitū tranſuerſum aut vnguē latum exceſſeris: aut ſi reſpexeris donec ego te miſero. Interdū reſpicere eſt reſpectum habere/ prouidere/ remediare. Plan. ciceroni. Or ſi aut cęſar reſpexerit ſe: aut affricane legiones celeriter venerint ſecuros vos ex hac parte reddemus. Teren. in an. Carine me ⁊ te imprudens niſi quid diȷ̄ reſpiciūt perdidi.i. prouident: vel remediū afferūt. Interdū cuſtodire reſeruare amare. Idē in heau. Deniqꝫ nullū amittꝫ tēpus: neqꝫ te reſpicis: id ē cuſtodis. Et in phor. Diȷ̄ nos reſpiciūt: gnatam inueni nuptā cū tuo filio.i. diligunt.

Reſpecto as. ſępe video/amo/adiuuo. Uirg. Si qua pios reſpectant numina.

Reſpectus modo ipſam reſpectionē. Plau. Et me reſpectu terruit. Modo rōnē qua ad aliq̄d agēdū mouemur. Pli. Nāqꝫ eo reſpectu cōmotus abceſſerat.

Reſpiro ſpiritū capio/reſuſcito/ſeu in ſtatū priſtinū redeo. Plaut. in epi. Mane: ſine reſpirē queſo immo acquieſce animo male eſt recipiā anhelitū. Ci. Aulo torquato. Si armis aut conditione poſitis aut fatigatione abiectis: aut victoria detractis ciuitas reſpirauerit: et dignitate tua tibi ⁊ fortuna vti licebit.i. in ſtatū priſtinū redierit.

Reſpondeo es. et reſpondo is. Manil. lib. v. Sic etiā magno quedā reſpondere modo. Eſt aūt reſpondere poſteriore loco dicere: a q̄ reſponſum reſponſio. Et dicimus ego reſpōdeo tibi et ad te. Pli. Cū ad eos breuiſſime reſpondiſſem: gręci tamen meliorē modū habent. Unde xenophon in lib. quem fecit de miſeria tyrānorꝫ. και οι ερων υπολαβων ο τι νηδια εφησωσι μωριδη και εξων απεχθανον ται ει ανθρωποι ημασ πολυπλειω τουιδιω των αναγκηεστι παραγμα τευεσθαι. Aliquādo ſignificat conuenire/conſentire: et parem eſſe. Uirg. Dictis reſpondent cetera matris.i. cōſentiūt: et conformia ſunt. Pli. lib. xxxvj. Structurā ad normā et libellā ⁊ ad perpendiculū reſpondere oportet. Cice. lib. tuſ. Nec tñ ſi quis magnis ingeniȷ̄s in eo genere extiterunt nō ſatis gręcorū glorie reſponderūt: id eſt acceſſerunt vel pares fuerūt. Hiero. ad furiā. Et q̄bꝰ nati ſunt liberi ſuo generi reſponderūt.i. ſimiles fuerunt. Cicero trebo. Cui quidē vt ceterꝫ rebꝰ poſſe in amore certe reſpondebo.i. ſatiſfaciam: vel par ero. Uirg. Illa ſeges demū votis reſpondet auari agricole. Aliqñ reſpicere ſeu cōtra poſitū eſſe. Idē li. vj. Contra elata mari reſpondet gnoſia tellus.

Reſpuo is. vide in dictione ſpuo.

Reſtagnare extra redundare ſeu aquā continere. Col. lib. ij. Ita quaſi palus in aliqua parte ſubſidēs reſtagnat ſulcis deriuanda eſt: quippe aquarū abundātia atqꝫ penuria: graminibus ęque eſt exitio. Cōponitur autē ex re et ſtagnare.

Reſtauro as. ex re et ſtauro: vnde et inſtauro ſignificat reintegro. Iuſti. lib. ij. Interea et darius cū bellū reſtauraret: in apparatu decidit.

Reſtare ſupereſſe. Cice. in Cato. Nec cū ęqualibꝰ ſolū

qui pauci admodū reſtant. Itē remotum eſſe. Enni. Reſtat vſus fuit.i.diſtat et remotū eſt. Itē retroſtare. Terē.in eu. Utinā illū dij deeqꝫ oēs ſenē ꝑdant qui me hodie remoratꝰ eſt:meqꝫ adeo qui reſtiterim. Itē reſiſtere. Cice.de finibus. Nullā querētes voluptatē ſtoici reſtant. Item reſtare cū datiuo ſignificat manere:et cū actō: vt hͦ mihi reſtat.i.hoc me manet. Virg.lib.vij. Hoc latio reſtare canūt qui ſanguine noſtrū Nomē in aſtra ferant.

Reſtito as.ſepe moras facio. Terē.in eu. Exi foras ſceleſte:at etiā reſtitas?fugitiue prodi.

Reſiſto is.retro ſiſto. Hier. lib.ij. Re. Cūqꝫ tranſiſſet vniuerſus populus ⁊ rex iordanē reſtitit:et oſculatꝰ eſt rex berzelai.Et reſiſtere eſt aduerſari/ repugnari. Cice. Cū reſiſtere eius improbitati nō poſſem.

Reſtire eſt ad referendū/laborandū/ colendū ve aptum eſſe. Col.lib.iiij. Nam vt queqꝫ reſtire incipiūt tempeſtiue legunt:et que nondū maturitatē ceperūt vue ſine diſpendio differuntur.

Reſtibilis qui reſtituit et reſeritur. Pli.lib.xxviij. Conceptū leporis vtero exēptū his que parere deſierint reſtibilem fecunditatē afferre. Unde ager reſtibilis. Col.lib.ij. Faſellus terre mandabit: vel in veterano vel melius pingui ⁊ reſtibili agro. Feſtus. Reſtibilis ager fit qui cōtinuo biēnio ſerit:reſtibilis ſeges eſt:que regerminat:quaſi cuius fecūditas in ſequentē quoqꝫ annū reſtitat. Greci palimblaſton vocāt. Pli. Ubertatis tamē tante ſunt: vt ſequēte anno ſponte reſtibilis fiat ſeges.

Reſtituo is.modo ſignificat reddo. Terē. Gnatum ei reſtituit. Modo in ſtatū priſtinū reduco. Juſti. Hūc regno a patre priuatū filius reſtituerat: et ꝓprie reſtituunt volentes: cupienteſqꝫ: vt ciuis patrie: et filius patri. Hinc reſtitutio repoſitio. Cuiꝰ reſtituere inquit plus eſt ꝙ exhibere. Nā exhibere eſt pſentiā corporalē prebere. Reſtituere vero eſt etiā poſſeſſorē facere: fructuſqꝫ reddere. Hinc reſtibilis ager.

Reſtis funis a reſto vt quidā aiunt: vt quecumqꝫ ligata ſtare faciat. Apulei. Reſtim qua grabatulus erat intextus aggredior expedire.

Reſtio onis.funiculus. Quo etiā nomine dictus fuit proauus auguſti.

Reſtingo is.xi.ctū.a ſtinguo cōpoſitū eſt. Unde et diſtinguo ⁊ extinguo. Stinguo vero/ vt opinor ſignificat obſcuro:de quo Priſ. Extinguo extinxi:cuiꝰ ſimplex in raro vſu ē. Cicero tn̄ in arato.participio vſus eſt. Quē neqꝫ tēpeſtas perimet: neqꝫ lōga vetuſtas. Interimet ſtinguens preclara inſignia celū. Idem in progno. Et cum luna means hiperionis officit orbi: Stingunt radij ceca caligine tecti. Reſtinguere aūt eſt qđ vernacula lingua dicimꝰ rememorzare. Plau. in caſ. Ignem reſtinguūt aqua. Virg. Quale per eſtū Dulcis aque ſaliente ſitim reſtinguere riuo.

Reſtringo is.retro ſtringo. Plini.lib.xxxv. Item belli imaginē pinxit reſtrictis a tergo manibus alexandro in curru triumphante. Aliquādo valde ſeu perfecte ſtringo. Amb.lib.j.offi. Ut lingua tua mēti ſubdita ſit reſtringatur habene vinculis. Aliqn̄ ſoluo. Apul. Jumentum reſtringit abireqꝫ ſtabulo liberum ſinit: quod ſtabularius inuentū mox domum reducit. Aliquādo rurſus ſtringo. Idē. Et duplici ne ſolui facile queat reſtringit.

Reſilio ſilis.penul.cor. Vide in dictione reſulto.

Reſulto a reſilio fit: quod ſignificat in cōtrarium ſalio reuertor/agor/rebello. Plini. Quādoqꝫ reſilit vulnus et curare ſcalpello oportet. Hiero.ad nepotem Sagitta in lapidē nūqꝫ figitur. Interdū reſiliēs percutit dirigentē. Et reſilire eſt cito recedere. Quadrigarius li.vj. Attorius caute dextrū humerū ſauciat. atqꝫ reſiluit. Reſultare igit̄ reſilire reluctari: in contrariū ferri/ſeu reaudiri:ac reclamari. Virg. lib.v. Pulſati colles clamore reſultant. Sic ⁊ diſſulto: vt apud eundē lib.viij. Impulſu quo maximus intonat ether diſſultant ripe.

Reſumo pe.pro.rurſus ſumo. Plini. Reſumptis poſt longā egritudinē viribus.

Reſupino as.ſurſum reuoluo. Nā ſupinare eſt ſurſum voluere a ſupino. Juue. Et multū referens de mecenate ſupino. Nā pronus ſupinuſqꝫ ac reſupinus contraria ſūt. Col.li.iiij. Quia ſiue pronū: ſiue reſupinū. Pli. Eoſqꝫ ſciopidas vocari qui in maiori eſtu humi iacentes reſupini vmbra ſe pedū ꝓtegunt. Itē reſupinus proiectus molliter. Ouid. Et modo cantabā veteres reſupinus amores. Reſupinare igit̄ inuertere/ſubuertere. Interdū etiā a ꝓpoſito: ſeu incepto reuocare: differre peruertere. Juue. Aulā reſupinat amici. Idem. Et reſupinati ceſſantia tympana galli. Sed hec per tranſlationē.

Rete tis.neu.ge.et retus maſ.ac femininī: et hec retia e.a rapio: vel a raritate: vt inquit Var. Plau. in ru. Non vides ꝓferre me inuidū retē ſine ſquamoſo pecu. Et iterū ibi. Nā tūc ⁊ operā ⁊ ludos facit ⁊ retiā: vt tēpeſtas eſt. Rete vero in abltō rete ꝓ reti. Ouid. lib.v.faſt. poſuit. Cur tibi pro libycis claudunt rete leones. Hinc fit irretio is.

Reticulum diminutiuū a rete. Quo nomine vtit̄ ſepe Hiero.in inſtrumēto veteri. Eſt ⁊ genus retis:quod in orbem ſpargitur:quod aliqn̄ capitur pro tegmine muliebris capitis qđ capillos cōtinet. Juue. Reticulumqꝫ comis auratum ingentibus implet. Et eſt reticulum ſacculus in modum retis: quo viatores denarios ⁊ panes geſtant. Hora. Ut ſit reticulū panis venales inter onuſto Forte vehas humero. Alio nomine dicitur funda.

Retiaculum diminutiuū a retia. Hiero.in pſalmis. Cadēt in retiaculum peccatores. Plaut.in aſi. Jubeas vna opera me piſcari in aerem: venari aūt retiaculo in medio mari.

Retiolum idē quod reticulū.ſ.tegmen capitis.

Reticula dimi.a retis femi.ge.

Reticulatus a.um. quod eſt factū in modū retis. Pli. lib.xxxvj. Reticulatā ſtructuram: qua frequētiſſime rome ſtruūt remis oportunā.

Retiarius dicebatur qui rete emittebat. Nam cōpoſiti gladiatores per paria diuerſa nomina ſortiebantur. Nam alter dicebatur retiarius ꝙ rete iaceret. Alter ſecutor perinde ac retiariū fugiens vel fugā ſimulās ſequeretur:hoc genus pugne inſtituit pittacus vnus ex ſeptē ſapientibus.

Rete ſunt arbores que ex ripis fluminū eminent:aut in alueis ipſorum extant a retibus dicte ꝙ pretereūtes naues retinerēt inſtar retium. Unde in edicto pretorum legitur:retanda flumina:qđ ſignificat purgāda: ne quid more: ſiue periculi nauibus in ea virgulta incidentibus fiat.

Retego is.pe.cor.qđ tectū erat denudo.

Retexo is.contrariū eſt ſuo ſimplici. Significat eī qđ textum erat reddo non textum. Tractum a telis que deſtruunt̄ cum retexuntur. Et retexere rurſus texere renouare. Marius Ciceroni. An quod adoleſcens preſtiti cum etiā errare cū excuſatione poſſem:id nūc etate precipitata cōmutem:ac ne ipſe retexam. Item ſignificat aperire/diſſoluere.

Retineo es.penul.cor.remoror. Unde retinacula per tranſlationē ponit̄ pro recordor: vt cum dicimus Si retines que dicta ſunt. Aliqn̄ ꝓ cohibere. Amb. Satis abundeqꝫ dixiſſe me credo ſuperiori tractatu quēadmodū cōpti vel nitidi natalē dn̄i ſuſcipere debeamꝰ et ſupuenientē feſtiuitatem eius ab omni ambitione retinere: vt quicqꝫ perdat̄ vel cōſumat̄. Lact.lib.vj.

Nomen itaqꝫ ſolum retinuerūt: vim vero ⁊ rationē ⁊ effectū perdiderunt.

Retento as. frequentatiuū ſepe retineo. Plaut. in aſi. Cur me retentas? Et retentare iterū tentare. Ouid. lib. j. me. Erigit metuitqꝫ loqui ne more iuuēce: Mugiat ⁊ timide verba intermiſſa retentat: id eſt iterum tentat proferre.

Retinacula: quibus aliqd retinet ſiue remoratur. Virg. lib. j. geor. Atqꝫ amerina parāt lente retinacula viti.

Retorqueo es. retro iacio vel mitto. Amb. li. j. offi. Et quis ſeptus armatis nō retorquebat cōuiciū.

Retracto as. a retraho: qđ ſignificat rurſus traho: reuoco ve. Unde liber retractationū: quē pater meus Aug. edidit recte appellatus: in quo que minꝰ docte alibi tractauerat retractauit. i. reuocauit. Aliquādo retractare eſt retro trahere/recuſare/reijcere. Virg. lib. x. eñ. Semianimeſqꝫ micant digiti ferrūqꝫ retractant. Colu. lib. v. Hec eorūqꝫ ſimilia poſt putationē tractanda ſunt retrotractanda ⁊ remouenda.

Rretribuo recōpendo: quaſi retro tribuo.

Retrimentū a retero is. videt eſſe ſicut detrimentum a detero. Var. Amurca cū ex olea eſt expreſſa qui eſt humor aquatilis ac retinentū conditū in vas fictile.

Retorridus da. dum. quod intempeſtiue amiſſis viribꝰ a ſole torretur. Colu. lib. iij. Si in olea vnus ramus aliquanto ceteris letior eſt: niſi eum recideris arbor tota fiet retorrida.

Retorreſcere idem eſt qđ retorridū fieri. Idem lib. iiij. Deinde ſata non ita enutriunt: vt ante cōualeſcāt ac proſiliant quā retorreſcant.

Retrudo is. penul. pro. retro trudo. Plau. in epi. Cepi rurſum vorſum ad illa pauxillatim accedere quaſi retruderet hominē me vis inuitum.

Retundo is. Vide in dictione tundo.

Reualeſco cis. ad ſanitatē redigor. Gel. Et in eorum finibus ſub ipſo oppido ex capitali morbo reualuiſſet.

Reuenio is. pe. cor. retro venio/reuertor.

Reuertor deponens: et reuerto redeo: qſi retro verto. Cice. appio. Conſcendēs iam nauē epheſo laodiciam iam reuertit. Et lib. iij. offi. Factus ē alter eius ſiſtendi vas: vt ſi ille nō reuertiſſet: moriēdū eſſet ipſi. Aliquādo reuerti ponit ſimpliciter ꝓ venire/diuertere. Idē Ad Chryſippi laqueos reuertamur: cū nihil de Chryſippo antea dixiſſet.

Reuelo as. penul. pro. contrariū eſt ſuo ſimplici: velo qđ tego ſignificat: vt reuela oculos meos: id ē aperi et detege.

Reuello is. vide in dictione vello.

Reuiſo is. redeo vt videam. Terē. in an. Reuiſo quid agant: aut quid captēt cōſiliū. Plau. in truc. Nūquid nā me vis aliud? Ut quādo ociū tibi ſit me reuiſas id eſt ad viuendū me reuenias.

Reuiuiſco is. reuixi rurſum viuus fio.

Reuoco as. penul. cor. retro voco/reduco/retraho/retrouertor/reſuſcito. Hie. Non illū vxoris lachryme: nec cōmunio ſanguinis: nō deſpectans cūcta ex alto deꝰ a ſcelere reuocat. i. retrahit: vnde ⁊ reuocare pedem dicimus nō modo de animalibus: ſed etiam de fluminibus. Virg. Cunctatur ⁊ armis rauca ſonās reuocatqꝫ pedem. Sal. Sepius vindicatū eſt in eos qui contra imperium in hoſtem pugnauerant: quiqꝫ tardius reuocati prelio exceſſerant quā qui ſigna reliquerunt: aut pulſi loco cedere auſi erant. i. retro vocati. Plaut. in cur. Poſtquā hec mihi narrauit ab illo reuocat me illico. i. vt redeam vocat. Lactā. lib. iiij. Iacentia mortuorū corpora erexit: eoſqꝫ nominibus ſuis inclamatos a morte reuocauit. i. ſuſcitauit. Aliquādo reuocare ſignificat per vices mutuo vocare. Var. Quod nobis miniſtrare pueri diebus feſtis ciccer viride: qui nos ꝓuocare cum audeant: nos illos reuocare timemus. Huius compoſitū eſt adreuoco Cice. j. offi. Danda igit opera eſt: vt ſi etiā aberrare ad alia ceperit adreuocet oratio.

Reuolo as. pe. cor. retro volo. Cic. libro. iij. de nature. gruis Eque in tergo ꝓuolātiū colla ⁊ capita in tergo reponūt: quod qr ipſe dux facere nō poteſt: quia non habet vnde nitatur: reuolat: vt ipſe quoqꝫ quieſcat in eius locū ſuccedit ex his q̄ aſſequit: eaqꝫ viciſſitudo in omi curſu conſeruat.

Reus: dicitur quicunqꝫ in litem adducitur: etiā ſi nihil admiſerit. i. contra quē quiſpiam agit. Cice. lib. ij. de ora. Reos appello non modo eos qui arguūtur: ſed omēs de quorū re diſceptatur. Unde a re dicit reus ꝙ rei alicui obnoxius ſit: vel a re quā promiſit: reum fieri: vt Aſco. inquit nihil aliud eſt niſi apud pretorē legibus interrogari.

Reus agit qui accuſat. Reus peragitur qui damnat Plinius iunior. Dum ille peragitur reus ſedimus. Iureconſul. Peregiſſe reū non als quis videtur niſi et condemnauerit.

Reus ſtipulādo qui ſtipulat. Reus ꝓmittendo qui ſuo noie quid ꝓ altero promittit.

Reus voti inquit Macro. qui ſuſcepto voto ſe numinibus obligat.

## R Ante H

Rha fluuiꝰ a quo nomē medicamēto notabili: vt Ammianus inquit: quod rheon ſeu rha barbarū atqꝫ ponticum vocatur.

Rhadamanthus Iouis ex europa filius ⁊ rex lycie: qui ꝙ ſeuerus fuerit et iuſticie executor: fingitur a poetis apud inferos nocētū explorare culpas. De quo Virgi. lib. vj. Gnoſius hic rhadamanthus habet duriſſima regna. Caſtigatqꝫ auditqꝫ dolos: ſubigitqꝫ fateri. Que quis apud ſuperos furto letatꝰ inani. Diſtulit in ſerā cōmiſſa piacula mortē.

Rhagades et rhagadia vocant ſciſſure q̄ in ſede ꝓueniunt. Dicte rhagades a verbo greco παγίζω quod ſignificat abrūpo. De hoc in dictione condylomata. Comedo vulgariter māçadure de muro.

Rhānuſia: vide in dictione ramus.

Rhamnetce nomen propriū viri.

Rhampſinitus nomen propriū regis egypti: vt Herodo. lib. ij. hiſt. refert.

Rhagearum: nomen ciuitatis medorum ab auulſione terremotus.

Rhea celi ⁊ terre filia: que alio nomine cibelle dicitur.

Rheda vocabulū gallicū vt inqt Quinti. Et ſignificat carrucā. Unde a Cicerone rhedarius dictus eſt auriga rectorqꝫ ipſius rhede: inde epiredium

Rhegyum oppidum ſitum in margine Italie cui greci nomē dedere a fractura per y. rhegyon em̄ grece abruptū dicit. Hinc em̄ ſicilia auulſa abruptaqꝫ eſt ab Italia Trogus: qm̄ inqt grece abrupta hoc nomine ꝓnunciat: greci a dehiſcendi argumento nomē dedere Olym rhegyne ciuitatꝰ ingens fuit potētia: ob eāqꝫ cauſam nomē ciuitati factū eſſe autumāt: quaſi regia vrbs foret: vñ ⁊ Stra. ſcribit quoſdā exiſtimaſſe a quodā rege dici potuiſſe. Sicqꝫ abſqꝫ aſpiratione ſcribendum eſſet. Ab rhegyo dicti ſunt rhegyni. Eſt aliud regiū ciſalpine gallie oppidū nō longe: a parma et mutina a lepido inſtauratū qđ et regiū lepidi pro differētia alterius dicit: a quo regienſes: ſed melius dicit regiū lingobardie.

Rhebanus fluuius in faucibꝰ boſphori thraciꝫ vt Pli. lib. v. teſtatur.

Rhemi populi gallie: vñ precioſiſſimū tele genus rhemēſe: cōicata aliis quoqꝫ galliarū pplis textrini gloria.

Rhenus ⁊ rhenū vtroqꝫ modo dicit pro fluuio gallie q̄ de iugo rheticarū alpiū vſqꝫ i oceani ꝓfunda curſum

ſuũ dirigit. Romanis memorãdus/aduerſũ feras gẽtes mur⁹ imperij. Virgl. Rhenuſq̃ bicornis. Hora. Aut flumẽ rhenũ: aut pluui⁹ deſcribit̃ arcus.

Rhenones: veſtes pelliceę/p̃cipue ferinę ad vſũ humanũ redactę: dictę ꝙ calidos teneant renes: ſiue q2 ρινοσ pellis dicit̃: ſiue ꝙ rhenani populi hiſce peculiarit̃ vtebant̃. Cęſar cõ. vj. ſcribit germanos vti paruis rhenonũ tegmentis.

Rheſus rex thracię: quẽ Homer⁹ ſcribit cũ eq̃s albis in auxiliũ troianoꝝ veniſſe/et a Diomede interfectum. Quo noĩe etiã dict⁹ eſt quidã troian⁹ fluuius.

Rhetus gygas: quem Dionyſius in leonẽ cõuerſus occidit. Rhet⁹ ẽo mõs Troię: in quo Aiax thelamonius ſepultus traditur.

Rheti populi a Tuſcis cõditi: qui duce Rheto a Gall' pulſi/alpes occupauerũt: et a nomine ducis Rheto cõdiderunt Rhetiã. Hinc rheticę vites/et rheticum vinũ: quod inter generoſa Italię vina numerat̃. Q̃d vt Stra. libro. iiij. ſcribit: in montanis rhetoꝝ radicibus naſcit̃: qui populi Veronã comũq̃ vſq̃ peruenerunt. Rhetia regio Europę eſt: quę vt lib. ij. Prole. refert: ab occaſu limites habet montẽ adulam: ⁊ fontes Danubij ⁊ rheni: ab ortu Lycũ fluuiũ/ qui ĩ Danubiũ exit: ⁊ rhetiam a Vindelicia diuidit. A ſeptentrione Danubiũ: A meridie alpibus terminat̃ ſupra galliã ciſalpinã. Poſt rhetiã ꝟſus orientẽ ſequit̃ Vindelicia/ cui noricũ adhęret: Eno tm̃ fluuio diſiũcta: q̃dã eã Bauariã appellant.

Rhetor: latine orator: q̃q̃ differant/ꝙ orator ſit qui in iudicijs et cõcionibus cauſas agit: rhetor qui rhetoricen profitet̃. Declamator: qui aut docẽdi alios: aut exercendi ſe gr̃a fictam cauſam agit: vt in veris poſtea cauſis poſſit orare. Aliquando tamen rhetor ponit̃ pro oratore: rhetorica/oratoria. Rhetoricus mõ ꝓ rhetore/modo ꝓ oratore ſumit̃. Rhetoricor aris. rhetoꝝ more loquor. Hiero. cõtra Helui. Rhetoricati ſumus: et in morẽ declamatoꝝ paululũ luſimus: Rhetoriſſo as. rhetorice loquor.

Rheuma matis. latine eruptio ſiue fluxus dicit̃. a ρεω fluo. Ambro. lib. Hexa. Dicas ſi aſcẽdentes videas rheuma quoddã eſſe ita ꝓruũt: fluctuſq̃ interſecant ꝑ ꝓpontidẽ in euxinũ portũ violẽto impetu ꝓfluentes: vñ ⁊ pituita dicit̃/quũ fluat.

Rhinoceron ontis. ⁊ rhinoceros otis. animal quadrupes habens in nare vnum cornu: vt ait Plini. Genitus hoſtis elephanto: cornu ad ſaxa limato pręparat ſe pugnę in dimicatione: aluũ maxime petens: quam ſcit ſuis ictibus peruiã eſſe. Solinus dicit repandum eſſe: id eſt recuruum eius cornu/ ⁊ attritũ cautibus in mucronem excitare: pugnare cũ elephantib⁹ longitudine parem/ breuiorem cruribus. Pauſanias affirmat rhinoceronta duo habere cornua: alterũ inſigni magnitudine ex naribus extans: alterũ quod ſuperne erumpit: exiguũ quidẽ/ſed validiſſimũ. Hinc ſagacem et prudentem virũ naſum rhinocerontis habere dicimus. Mar. Iuueneſq̃ ſeneſq̃. Et pueri naſũ rhinocerontis habent. Compoſitũ nomen a ριγριγοσ quod naſum ſignificat/ ⁊ κεϱασ cornu. Ponit̃ et pro quodam vaſe oleũ guttatim fundente/ lauantibus ſe in balneis. Marci. Geſtauit fronte modo me iuuencus rhinoceronta Me putabis pleno gutto. A Rhinoceron fit adiectiuum rhinocerontius a. um. vt Cornua rhinocerontia.

Rhodos: latine roſa. Inde Cynorhodos et Rhododaphne. Et Rhodos nomen vrbis (vt inquit Stra.) ſuper orientali ꝓmõtorio ſita: dicta ꝙ capiulo roſę illic inuento ſit ędificata. Ea portubus olim et vijs et męnibus et reliquis ornamentis tãtopere cęteras ſuperauit: vt nulla putaret̃ ęqualis: legũ pręſtãtia ⁊ naualis rei peritia adeo valuit: vt annis multis maris imꝑio potiret̃: et pyrataꝝ latrocinia ſuſtulerit. Quo etiã nomine dicta eſt inſula in qua ea vrbs eſt: quam Plini⁹ Lycię et primã Cycladũ ſcribit eſſe venientibus ab oriente. Hęc inſula nongentoꝝ ac viginti ſtadiorum ambitu patet: inter Aſiaticas inſulas tertia. Nam Leſbus et Cyprus maiores habẽtur. Prius Ophiuſa dicta eſt: deinde Stacija/ poſtea Telchinꝫ eo ꝙ telchines inſulam incolerent: quos nõnulli maleficos. alij eximios artifices fuiſſe tradũt: qui ęris et ferri fabricam inueniſſe dicũtur. Sunt qui hanc inſulam Carpathio mari aſſignant: vt ex luciliano verſu intelligi licet. Rhodos carpathiũ in pelagus ſe inclinat apertũ. Soli ſacra eſt: qui puellę nomine Rhodię amore capt⁹/rhodũ ab ea nominauit: vt Diodo. libro ſexto refert. Nam (vt Solinus auctor eſt) nũq̃ʒ ita cęlũ nubilũ eſt: vt in ſole rhodos nõ ſit. Aurum Rhodi pluiſſe ob felicitatem inſulę cecinit Pindarus: vbi ſtudia liberaliũ artiũ ⁊ in primis oratorię facultatis floruerunt. In ea fuit admirandę magnitudinis Colloſſus: a quo poſtea rhodij appellati ſunt Coloſſenſes: ad quos ap̃ls epiſtolam ſcripſit. In ea etiã vrbs opulentiſſima Lynd⁹: ex qua Cares ſtatuari⁹/ qui Coloſſum extruxit. A Rhod⁹ ſunt adiectiua: rhodius/rhodienſis ⁊ rhodiacus.

Rhodinũ: oleũ e roſis: qđ roſaceũ noſtri nũcupauerũt. Rhodinũ vnguentũ: qđ fit oleo roſaceo.

Rhododendris frutex: quẽ ⁊ rhododaphnẽ noĩant/folio ſil'is amygdalę: ſed maiori pinguioriq̃ ſemie: patẽt: licet ϱοδον και δενδϱοσ. i. roſa ⁊ arbor.

Rhodanus pe. cor. fluui⁹ gallię: a rhoda rhodioꝝ oppido: vt ait Pli. lib. iiij. Hiero. in cõmento epiſtolę ad Galathas. Rhodani rhodioꝝ coloni locauer̃t. Vñ amnis rhodanus nomen accępit: adeo magni curſus eſt: vt vix aduerſa poſſit nauigari aq̃. Ferũt hũc amnem ex alpibus oriri/quę Italiam a Gallia diuidũt: nõ lõge a fontibus Rheni et Danubij. Fert̃ ꝑ lemãnũ lacũ: et verſus occidentẽ per Galliã fluens/ Ararim ſuſcipit. Inde ad meridiem cõuerſus: ⁊ Iſarã druentiãq̃ ſuſcipiens: apud Heracleã vno oſtio: ⁊ paulo vlteri⁹ duobus alijs in mare thyrrenũ irrũpit. De hoc Amb. lib. Hexa. Rhodan⁹ rapido cõcitus curſu thyrreni ęquoris freta ſcindit: in q̃ nõ mediocre fert̃ nauigantiũ periculũ: dũ inter ſe maris fluct⁹ ⁊ amnis fluenta decernũt.

Rhodope: mõs thracię: a Rhodope thracũ regina vbi ſepulta eſt: cui⁹ prima cor. Ouid. Qua patet vmbroſũ rhodope glacialis ad hemũ. At Rhodope ꝓ noĩe ꝓprio meretricis thracię: quã Pli. lib. xxxvj. ſcribit feciſſe quęſtu ſuo pyramidẽ laudatiſſimã ⁊ ꝯſeruã fuiſſe Eſopi fabulaꝝ phi: pma ꝑ. Hãc etiã rhodopin declinatiõis tertię vocãt: vt ntũs ſit rhodopis idis. A rhodope fit adiectiuũ rhodopeius a. um.

Rhodogune: fuit filia Darij: q̃ poſt mortez viri nutricẽ q̃ illi ſcđas nuptias ſuadebat/occidit.

Rhoet⁹ cũ oe dipb. vide in dictiõe Rhetus.

Rhoicę mulieres: quaꝝ vuluę rheumatiſmo: id eſt fluctionibus laborant.

Rhoiton a gręcis dicit̃ vinũ qđ e granis malorũ punicorũ exprimitur.

Rhombus: grę ca vox eſt: ſignificatq̃ figuram quadratam ſolidam: cui⁹ latera om̃ia ſunt ęqualia: anguli ꝟo obliqui tetrapleuros: id eſt quattuor lateꝝ. Hic ſi in terram iactet̃: voluit̃ ad ſimilitudinem fere cylindri. Vtebant̃ eo maleficę mulieres ad deducendã lunaz tortis filis cõfecto. Ouid. Quid torto concita rhombo licia. Mar. Que nũc theſſalico lunam deducere rhombo. Proper. Deficiũt magico torti ſub carmine rhombi. Eſt ⁊ Rhombus piſcis gen⁹. Iuue. Incidit adriaci ſpaciũ admirabile rhombi Añ domũ veneris. Itẽ rhomb⁹ eſt torques ſiue machinula illa q̃

vertēdo mulieres traſhā ad laniciū nent.

Rhomphea:gen⁹ gladij. Uale. Fla. li. vj. Aequaq̃ nec
ferro breuior nec rhomphea ligno.

Rhoxia:regio ſeptentrionalis:quā Poloni et ſarmatę
ſuā eſſe dicunt.

Rhoxolani:populi ſcythici vltra Danubiū: quos qui/
dā rhutenos eſſe putāt.

Rhuteni:populi Gallię aquitanicę: vt inquit Pli. con/
termini Narbonenſi ꝓuincię:de quib⁹ Lu. lib. j. Sol
uunt flaui lōga ſtatione rhuteni.

Rhynton Tarentinus nugator viliſſimus in agendis:
pręcipue fabulis.

Rhytion: vaſis gen⁹ lunari ſpecie. Mar. In rhytio po
teris phębę lauare pedes.

Rhyparograph⁹ ſordidaꝝ reꝝ pictor. Sic eñ cognoia
tus fuit Pyreic⁹ pictor excellēs q̄dē: ſed q̄ tonſtrinas
ac ſutrinas aſellos opſonia/ aliaq̃ hmōi humilia ſe/
cut⁹ eſt. Nā ρυπαρων greci ſordidū dicunt.

Rhithmus latine numerus. Quintil. li. ix. d inſti. Sūt
numeri rhythmi: qui neq̃ finem habent certū/ nec vl/
lā in cōtextu varietatem: ſed qua cęperunt ſublatiōe
ad poſitionem vſq̃ decurrunt.

## R Ante I

Rica: q̄dratū veſtimētū fimbriatū ⁊ purpureū q̄ ꝓ pal/
liolo vtebant flaminicę. Eſt ⁊ veli genus q̄ mulieres
capita tegūt. Dictū a ritu (vt Uar. auctor ē) q romã/
no ritu ſacrificia fęminę cū faciūt capita tegūt. Hui⁹
dimi. eſt ricula: qd ꝓ ſudario ponit.

Ricinus: gen⁹ veſtis: qd ⁊ riciniū dicit/ a reijciēdo. Fe/
ſtus. Riciniū: eſt omne veſtimētū quadratū. Eſt ⁊ rici
nus: gen⁹ cucumeris et vmis/ canes acri⁹ atq̃ boues
infeſtās. Uar. Quidā nucib⁹ gręcis i aqua tritis per/
ungunt catuloꝝ aures: q ricini ſoleāt ſi hoc vnguine
nō ſis vſus/ eas exulcerare. Ab hui⁹ aīalis ſilitudine
ricinus dicit herba inſtar arboris: quā Diaſcorides
arboroſū fruticē vocat/ ſimilē ficui/ ſed minorē: folia
habētē ſimilia platano/ ſed maiora/ lenia et nigriora:
ex q̄ exprimit oleū cyciniū

Rictus us. et rictū: nō ſolū hiatū ſignificat vnde verba
exeunt/ ſed ꝑs illa circa ipſum hiatū: quę in homine ri
dente: vel alio modo os torquente lineis quibuſdam
eminat: vt maxime ſunt labia. Lactā. ſic. Oris quo/
q̃ ſpecies ⁊ rictus ex trāſuerſo patefactus q̃ vtilis ⁊
q̃ decēs ſit/ enarrari nō poteſt. Putat ⁊ rictus eſſe fi
gura in ore ad tempus aliquo mō cōtracta/ vel ꝓdu/
cta/ vel inuerſa/ vel extēſa: quę paulopoſt reditura ſit
in naturalem formā. Et eſt cōmunis tā beluis q̃ ho/
minibus. Hor. Ergo nō ſatis eſt riſu diducere rictū.
Lucre. libro q̄nto. Molloſū Mollis dicta pręmunt
duros nudātia dētes. Aliquādo capit ꝓ roſtro. Uñ
nonnulli a gręcis deductum volunt: apud quos ρυγ/
χοσ roſtrū dicit.

Rideo es. riſi riſum: ſine caſu conſtruit ſm conſuetudi/
nem. Gel. lib. j. Rex quaſi anus ętate deſiperet riſit.
Aliquādo ſignificat lętū eſſe. Uirg. Mixtaq̃ riden
di colocaſia fundet acāthō. Cū aūt actm habet ſigni
ficat derideo. Lactā. lib. j. Si quis autē accepta ſapi
entia depoſuerit errorem: ꝑfecto ridebit ineptias ho
miuū pene dementiū. Hui⁹ cōpoſita ſunt Arrideo:
qd eſt in alicui⁹ gratiā placide rideo/ applaudo: et lęti/
ciā animi ridendo oſtendo. Ouid. Arriſit paries ad/
ueniente dea. Teren. Arridēs omnibus. Corrideo: ſi/
mul rideo. Hiero. in Gen̄. Quicūq̃ audierit corride
bit mihi. Derideo: deludo/ ꝯtēno: ⁊ cū irriſiōe ac cō/
tēptu rideo. Plau. i Aul. Neq̃ edepol ego te deriſū
venio: neq̃ derideo/ neq̃ dignum arbitror. Irrideo/
idē qd derideo. Teren. in Ecy. ꝓlo. Ne eū circūuen/
tū inique iniq̄ irrideāt. Subrideo/ ſubrideo: paꝝ ſeu la
tēter rideo. Omniaq̃ habēt pe. ꝓ.

Ridiculū ſignificat ſermonē riſū excitātē. Ci. li. de ora.
Sępe etiā ſententioſe ridicula dicunt. Plau. in Sti.
Me meū obtentu ꝝ ridicul meis. Hinc Gel. Forma
uit cōpoſitū Deridiculū. Ut vel ipā re q ita dicebat
opprobraret aduerſarijs ⁊ ꝑ facetias oſtētaret/ faceret
eos deridiculū: q ꝓinde celio formā crimini darent.

Ridiculus dicit qui alijs riſui eſt/ et de quo alij rident.
Iuue. Nil habet infęlix pauptas duri⁹ in ſe/ q̃ q ridi
culos hoies facit. Interdū ſignificat eū q̄ alios ride/
re facit. Plau. in ſti. Uides ridiculos nihili fieri. Ci.
C. Sicini⁹ homo impur⁹/ ſed admodū ridicul⁹. Sic
dicim⁹ iocos ridiculos. Plau. in ſti. Iocos ridiculos
vendo age licemini.

Ridiculare: idē qd ridiculū. Plau. i Aſi. Mitte ridicu/
laria. i. deceptiones q̄ deriſionē h̄bēt/ ſeu q̄ riſu dignę

Ridicę: pedamenta vineaꝝ q̄ e q̄rcu ⁊ iunipero (ſunt.
ſolēt fieri optia: ſic Uar. li. j. de reru. docet. Col. li. v.
Hic an⁹ nōdū vehementē palū aut ridicā deſiderat.

Rigo as. madefacio/ adaquo. Hiero. in Paulo. Talis
eo loquēte/ lōgęu⁹ viator vbertim faciē lachrymis ri/
gabat/ q̄s magnitudo lęticię idices cordis effuderat.
